

23. v. 25. 26. *Deuter.* 4. v. 40. *Et* 5. v. 16. 33. *Et* 8. v. 1. *Et* 30. v. 16. 20. *Psalms.* 41. v. 3. *Et* 91. v. 16. *Proverb.* 3. v. 12. *Et* 4. v. 10. *Ephes.* 6. v. 2. 1. *Timoth.* 4. v. 8.

2. Deus interminatur impiis, quod ob suam impietatem non sint istum vitæ terminum assecuturi, quem naturalium qualitatum constitutio aliàs attingere concederet, *Levit.* 25. v. 26. *Deut.* 4. 25. *Et* 16. v. 15. *Et* 7. v. 10. *Et* 8. v. 19. *Et* 17. *Psalms.* 55. v. 24. *Et* 104. v. 35. *Et* 109. v. 8. *Proverb.* 10. v. 27. *Et* 30. v. 19.

3. Quis nescit tanti æstimari à Deo preces piorum, ut ob illas non modò ipsis, sed etiam aliis, vitam in plusculos annos proroget, *Psal.* 102. v. 25. Notum est, quomodo Deus vitæ *Ezechia* prorogationem annorum à Deo petentis quindecim adjecerit annos. 2. *Reg.* 20. v. 1. seq. 2. *Par.* 32. v. 24. *Esa.* 38. v. 1. seq. Sic David pro subditis peste cadentibus oravit, 2. *Sam.* 24. v. 17. vid. *Jac.* 5. v. 14. At verò planè frustraneum foret hoc precum studium, si fatali necessitate certus vitæ terminus præcisè præscriptus esset.

4. Ridi-